

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Nicolaus Gerbelius Phorcensis, Io. Reuchlin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN. LIBER PRIMVS

Mercurius talaria, Neptunus equū, ut ad nos aduoles celeriuscule, quo tuo affatu aspectuq; dulcissimo dulciter nos exhilarari cōtingat, quoties mecū memoria repeto (repeto autē sapiuscule) quorū es in quā in animū reuoco disputationē illam præclarissimā, qua de philosophia Platonica grauitē & sapientissimē dissertabas, nō possum non in pueriles lachrymas effluere. Si tua illa me diuina atq; sancta eruditione uti non liceat, si me tuo præscripto placidissimo meliorem doctiorēq; fieri negatum est, quo se usos olim etiā literatissimi hoīes reuerentur suis monumentis literariis attestant, quin potius deseram patriamq; domumq; paternam, & te dicentem copiose, disputantē acriter, prudētēq; docentē comitemur quorsumcunq; uelis. Nimirū amatissime pater tam gratus est mihi tuus fragilissimus ille sermo, tanq; accepta doctrina tua, ut nihil pro acquirenda ista graue mihi, nihil molestū durumue uideri possit. Faciat deus te mihi talem præceptorem fore, qualē me tibi perpetuo glutiēne connexuq; consecraui. En expecto quēcunq; me habere uis, eū ipsum me efforma. Vis græcis studeā, studebo græcis, si Platoniciū me esse uelis, Platonem uoluam, reuoluam, uolutabo. Sin Liuianū, Liuiū plegam. Oīa sub nutu stentq; cadantq; tuo. Vale feliciter.

Nicolaus Gerbelius Phorcensis, Io. Reuchlin S.

Missimus ad te nunciū quēdā diebus superioribus anteq̄ patria discederē, q̄ lras tuas ad nos deferret. Verū q̄a domi nō eras frustratus sum & mea spe ingenti beneficio qd̄ apud amicos tuos fuissem consecutus. Nihilominus tū doctore Cuspinianū accessi, eumq; salutauī noīe tuo diligentissime. Cumq; genitor me⁹ qui mecum Viennam petiit patriam esset repetiturus suam, rursus Cuspinianum tuum salutauī, petiī literas ad te iure ueteris amicitia daret, respondit se non posse nunc tuæ humanitati respondere, quoniā libri eius angulatim essent dispersi, propter incendium horrendum & formidabile, quod & passi sumus, atq; maius futurū perituumimus, addidit tamen ut ego te salutarem scriberemq; postq̄ literas tuas reciperet scripturum se quoq; diligentissime. Volui uiro huic eruditissimo humanissimoq; morē gerere, atq; tibi præcipue, cui me, atq; mea oīnia ingenue offero. Vale felicissime atq; rescribe, ne me pigrū extitisse credat ea in re noster Cuspinianus. Viennæ postferias Pentecostes. Anno. M. D. XII.